ragdo quadantenus ſimilis pellucet (vt & hinc ſola ſubſtantiæ craſsitie ab hoc deſciſcere ferè videri poſsit) ſupremam obtinuit maieſtatē. Ab hac verò diuerſa multum Cypria viſitur, colore glauco, ſubſtantia pingui, Gallis Iaſpis alba dicta. Perſica æri ſimilis, Aerizuſa nominata, cōſpicitur. Thermodontiaca autem Iaſpis, cærulearũ optima eſt. Cappadox ex purpureo cœruleum refert in materia opaca, ideoq; non fulget. Phrygia ruboris nō nihil admiſit, Thracica Indicæ æmula, Chalcidica turbulēta ac variæ multum ſubſtantiæ, omnium minimè iucunda. Cunctarum vulgò præſtantiſsima eſt, quæ purpuræ quippiam complectitur. Secundum habet locũ quæ roſeum quiddam nacta eſt. Tertiam obtinet dignitatem, quæ Smaragdum: quartam, quæ Autumnale matutinum ſerenumq; cœlum imitatur. Eſt & quædam Iaſpachates ceu Iaſpidem & Achaten quoq; cōplexa, vires

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG